



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXVIII. Bischof Dieterich von Havelberg gestattet die Dotation eines Altars,
dessen Gründung zu Bahrentin begonnen ist, mit dem Altar Katharinen
und Marien Magdalenen in Kyritz zu vereinigen, am 15. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

XXVII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Pritzwalck das Dorf Groß-Streckenthin,
am 11. April 1336.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludewicus, Dei Gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie sacrique Romani Imperii Archi-Camerarius, attendentes et diligenti consideratione pensantes obsequiorum et fidelitatis nobis a longinquis temporibus per prudentes viros civitatis nostre Pritzwalck Cives fideliter impensorum promptitudinem, ipsis, ipsorum heredibus et successoribus ad ipsorum instantem instantiam literas pridem datas et super villa magna Streckentyn concessas sub modo, forma, conditionibus, quibus ipsas super premissa villa dedimus et concessimus, confirmamus, ratificamus et presentibus approbamus, in cuius confirmationis testimonium presentes ipsis dari fecimus, Secreti nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero hujus sunt: Nobilis Vir Hermannus, comes de Hennebergk, Johannes de Buch, Beringerus, dictus Hele, milites, Otto de Ilburch et Henningus de Osterburg, Famuli, et alii quam plures fide digni, quibus presens actio bene constat. Datum Werbin, anno Domini M. CCC. XXXVI., quinta feria ante dom., qua cantatur misericordias Domini.

Aus Seibell's handschriftlicher Urkunden-Sammlung 42, f. 58.

XXVIII. Bischof Dieterich von Havelberg gestattet die Dotation eines Altars, dessen Gründung zu Bahrentin begonnen ist, mit dem Altar Katharinen und Marien Magdalenen in Kyritz zu vereinigen, am 15. April 1337.

In nomine domini amen. Omnibus in perpetuum, ad quos presentes peruenerint, Nos Theodericus, dei gratia ecclesie havelbergensis episcopus, cupimus notum esse, quod cum viri discreti dilectus noster capellanus, magister nycolaus, plebanus in kyritz, et prouisoires seu magistri guldarum seu fraternitatis exulum ibidem quoddam altare versus aquilonem in sua ecclesia situm, consecratum olim per predecessorem nostrum bone memorie dominum hinricum in honore sanctarum katherine virginis et marie magdalene dotare proponerent, placitauerunt cum viris strennuis fritzone, dicto Paris et ejus filijs atque alardo, filio ottonis, dicto de Rore et ejus fratribus, ad quos cuiusdam altaris concepti in ecclesia borendin, nondum consecrati VI frustorum pertinebat, qua tum prefatos redditus VI frustorum et ipsum ius patronatus ipsis nomine suo et omnium suorum heredum ac proteritatis sue condonarent et in eosdem ad dotandum altare iam consecratum supradictum transferrent et alios redditus venderent, pro quibus eis XIII marcas argenti brandenburgensis in parata pecunia persoluerunt. Itaque ad preces eorundem talem ordinationem et iurispronatus et reddituum translacionem gratas ac ratas habentes, ipsi altari beatorum katherine et marie magdalene in ecclesia kyritz auctoritate ordinaria in perpetuum addotamus et incorporamus ecclesie sancti nicolai parrochiali, sicut prius dotata per prefatum nycolaum duo

altaria in honorem gloriose virginis marie et omnium apostolorum memoratis ecclesie ac parochie incorporata et vnita cum omnibus suis iuribus et pertinenziis dinoscuntur, decernentes ordinacionem, dispositionem et collationem dictorum ad ipsum dominum nycolaum et post ejus obitum ad quemuis eius ibidem successorem perpetuo pertinere. Non excludimus autem petitionem fratrum guldarum, quam si ei placuerit plebanus et rector ecclesie poterit exaudire. Testes huius sunt: domini Johannes kuber, Bernardus de brandenburg, nostre curie capellani, michahel de cremmen, Conrad penesticus, Johannes de Schonnermarke, Nycolaus de starcarde, ibidem altaris, sacerdotes, Gottschalcus de tetze, Johannes sarnow, Bordekinus et plures alii fide digni. Datum Anno domini M. CCC. XXXVII., feria tertia post festum Palmarum.

Aus dem Magoczi'schen Copialbuche No. VII.

XXIX. Die Gebrüder Mann überlassen das Dorf Kreien dem Kloster Stepnitz,
am 7. Januar 1341.

In nomine Domini Amen. Quoniam apud mundi Statum humana gesta citius evanescent, nisi literarum Autenticis et testimoniis firmiter roborentur. Hinc est, quod nos Tydericus Presbiter, Johannes, Wernerus, Daneke, Ghevehardus, Alevardus, Hartmannus famuli et fratres Manne temporibus modernis tam futuris cupimus fore notum, presentibus lucide protestantes, quod de nostrorum omnium plena seu mera Voluntate et consensu, nostrorumque amicorum Consilio plenius adhibito, vendidimus, dimisimus et presentibus dimitimus Preposito et conventui Ecclesie Sanctimonialium in Stepenitze villam nostram totam seu integram Creyen pro Mille et quadringentis Marcis monete Slavice nobis deputatis, super hoc tenore perfolvendis, cum omnibus suis terminis, distinctionibus, dimensionibus et metis in longum et in latum, in profundum et in altum, cum agris cultis et incultis, Aquis, aquarum discursibus, Silvis, Nemoribus, Rubetis, Arboribus, pascuis, pratis, paludibus, Montibus, Collibus, vallibus, Rupibus, planis, asperis, viis ac inviis, virentibus, aridis et cunctis aliis locis infra limites et metas dicte ville cum omni Pachtu, Censu, proventu et utilitate, cum omni jure manus sicut et colli precipiendi et etiam et dimittendi, sic ut nostri progenitores et nos hucusque possedimus in hanc diem pacifice et quiete, temporibus perpetue possidendam, excepto dumtaxat numismate de quolibet manso Sex denariorum monete currentis, Quod dominus terre sumet annuatim. Renunciantes non minus omnibus et Singulis, que in dicta villa Creyen et in omnibus suis terminis et finibus actenus habeamus memorate ville Creyen et omnia que in ea possedimus coram Domino Pheodi per nostros emptores Prepositum predictum aut conventum resignavimus requisiti nulla nos mora aut dilatione penitus occupante. Warandiam etiam predictorum bonorum seu ville Creyen prestamus et faciemus contra omnes et pro omnibus in iudicio comparere volentibus et jure contestari. Ut autem omnia prenarrata inconvulsa in suo vigore permaneant et illesa, nos prefati Fratres Tydericus, Johannes, Wernerus, Deneke, Ghevehardus, Alevardus, Hartmannus Manne et nostri compromissores videlicet dominus Bertholdus Schwartz, Presbiter, Nicolaus de Belowe,